

SCRIPTA

Numéro Scripta : 7360

Auteur(s) : Henri II Plantagenêt, Angleterre (roi)

Bénéficiaire(s) : Perruel, Notre-Dame de l'Isle-Dieu (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : [1184, juin-1188, juillet]

Lieu d'émission : Westminster

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

Confirmation des donations faites à l'abbaye de l'Isle-Dieu par Renaud de Pavilli et d'autres donateurs.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Berger Élie, Delisle Léopold, *Recueil des actes de Henri II, roi d'Angleterre et duc de Normandie concernant les provinces françaises et les affaires de France*, Paris, Imprimerie Nationale (Chartes et diplômes relatifs à l'histoire de France), 1916-1927, 3 vol., n° DCLXXXI, t. 2, p. 304-305.

Dissertation critique

Sur la datation de cet acte, voir DELISLE/BERGER, *Recueil des actes de Henri II*, t. 2, p. 304. Henri II a quitté l'Angleterre au commencement de mars 1182, pour n'y rentrer qu'en juin 1184 et juillet 1188.

Texte établi d'après a

Henricus, Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus, et ministris et omnibus fidelibus suis totius terre sue, salutem.

Sciatis me concessisse et presenti carta mea confirmasse Deo et canonicis Beate Marie de Insula Dei subscriptas donationes que eis rationabiliter facte sunt et cartis donatorum confirmate, scilicet, ex dono Reginaldi de Paveilli, medietatem totius Cherletonie ville sue, in hominibus et in bosco et in plano et in omnibus que ipse ibi possidet, salvo capitali masagio suo, et salva una marca argenti quam abbas [Sancti Georgii]... habet. Concedo etiam eis et confirmo Sewale cocum et Godwinum de Haword., cum redditu quem ipsi Reginaldo debebant, et decimam denariorum redditus ipsius de medietate Cherletonie, quam retinuit in manu sua, et decimam molendini sui de Ponte Aldemar[i], et decimam denariorum de redditu de Westbir., et ejus pertinentiis, et similiter de Chipeham. Item ex dono Aldulfi de Braceio, universam decimam molendinorum suorum, quicquid reddant, et decimam reddituum vavatorum suorum, et decimam bordariorum suorum et illorum qui ad nummos tenent, et decimam panum et caponum et gallinarum et ovorum ad redditum pertinentium ; et preterea XX. minas avene in feodo Gaufridi Pice apud Greuvillam, et totum feodum Willelmi de Haia, fratris sacerdotis, et feodum Roberti le Meiteer, et feodum Hunfr[ed]ji de Malo Alneio, libere et quiete ; et in feodo Radulfi Gardin X. solidos apud Bornebuch, et XL. acras terre in monte de Roivilla, et si ibi non sunt, alibi convenienter complebit. Quare volo et firmiter precipio quod memorati canonici omnia supradicta habeant et teneant bene et in pace, libere et quiete, plenarie, integre et

honorifice, in bosco et plano, in pratis et pasturis, in aquis et molendinis, in viis et semitis, et in omnibus aliis locis et aliis rebus ad ea pertinentibus, cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus suis, sicut carte donatorum testantur.

Testibus : Petro Menevensi episcopo, Johanne Lexoviensi thesaurario, Willelmo de Sancte Marie Ecclesia, Hugone de Mara, Hugone de Morwic, et Hugone Bardulfi senescallo, Gaufrido Filio Petri.

Apud Westmonasterium.